Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Liber X

urn:nbn:de:bsz:31-73096

Visual Library

xj. naues.

L. naues.

Reges et duces fuerunt lxviiij.

xxij. naues.

Naues m. c. lxxxvj.

et Eurialus de terra sua Argis naues detulit
Octuaginta. Rex uero Polipleb(us) de Regno
suo quod tenebat agestis xj. naues adduxit.
Rex autem Prothoylus de Regno suo quod
dictum est demenesa naues detulit. L. Et
totidem Rex Capenor de suo prouincia Capa
die. Deorius uero Rex de Regno suo quod
Reisa dicebatur xxij. naues secum adduxit.
Et sic fuit summa de predictis Regibus et duci
bus fuerunt numero lxviiij. Naues uero
illorum Grecorum mille ducente viginti due
preter Palamidem filium Regis Naulis
qui ultimus cum suis nauibus ut infra p
xime referetur aduenit. Homerus uero
dicit in temporibus suis fuisse naues mille
Centum octuaginta sex. Sed forte predic
numerum integrum non descripsit. Liber
x. De Consilio habito per grecos de consu
lendo Appolinem per suos legatos
an bellum sit indicendum Troia
nis

Et factum est postquam predicti reges et duces
et principes Grecorum in portum Athenarum
cum eorum nauibus conuenerunt. Agamenon
vir ille tam strenuus qui ductor et
princeps totius Grecorum exercitus curam ge
rebat vigilem animosius attente delibe
rans quid deinceps esset super predicto negocio
feliciter aggressurus. In quadam planicie

Sermo Agamemnonis militibus et populo fa.

extra menia Ciuitatis spaciosis paratis sedilibus
predictos reges Grecorum duces et principes ad se
ibidem venire mandauit et eis omnibus illuc ue
nientibus Coram ipso concedentibus seriatim in
dicto manu ab Agamenone predicto silencio
omni tumultuose vocis murmure circumsepto.
Agamenon ipse inter eos talia verba profudit.
O. viri nobiles qui uiris utimini viribus
in hoc ordine inita estis aperte cognoscatis
et videtis quanta sit ipsarum virtutum uirium
potencia quanta sit virorum in unum conflue
ncium continua et pugnancium multitudo. Quis
unquam vidit temporibus retroactis tot Reges
duces et principes in simul in unam voluntatis
consonanciam aggregatos tot iuuenes ar
morum bellicositate conspicuos coniunctos in
unum ad ingerenda arma bellicosa militer
contra hostes. Nonne fessa demencia ducatur et
spiritu cecitatis obducatur qui contra nos presumit
eleuare calcaneum et uires nostras ad prelia
irritare. Sane de nobis omnibus qui sumus in
hoc exercitu cumulati tales certum potencio
res agnosco quorum unus dum teneat tenencium [?]
sufficeret ad exequendum illud quod faciliter ter
minandum ad quod nos omnes insimul ha
nelamus. Nemini enim nostrum uenit in dubium
quanto sumus a dominis pulsati dedecore quantisque
dampnis nobis quamuis illatis [illegible]
sumus contra troyanos arma iusta capescere.

et duros contra eos in te conflictus. Ut autem
ardentibus animis ad nostras consequendas ultiones in-
vitas. Unanimes insurgamus, et hec in-
racionabilis necessitas ingerit et nos
ad hec iustus dolor impellit. ut primo ob-
loquencium ora teneamus qui nostra vituperia de-
tegant, sic ut troyanam decetero ad contem-
pnendum filia non insultant. Sed de commissis
contra nos eorum excessibus sic penis debitis
castigentur, quod ad filia contra nos quod absit pro-
cedere postmodum non presumant. Neque enim
maiores nostri assueti fuerunt aliquid de ce-
teris sub silencio pertransire, quod per obloque-
ncium diffamacionem eis obprobriose posset
describi, nec nos ergo filii nostri convenientibus
oculis dissimulare debemus, quod obprobrio-
se nobis et nostris possit successoribus expro-
bari maxime tot sumus in unius voluntatis
desiderio concurrentes, qui tanta sumus poten-
cie latitudine constituti. Quis enim est ho-
die qui nostras metiretur potencias quas de
facto vidit aliquos qui ad offensionem
nostram intrepidi ausi fuerunt insurgere
excepta gente fatua troyanorum. qui ideo et
stolido ducti consilio se in offensionem nostram
indiscussis et fatuis potius inciderunt. Non-
ne hec novit mundi pars maxima qualiter qui-
dam ex nostris in laumedontem regem, patrem
huius regis priami, armis bellicis invenerunt.

tradiderunt neci eum, et infinitos ex suis ur-
bem suam troye. abripuerunt laumedonti rege
possessam funditus evertentes. Nonne apud
nos sunt hodie plures exilis ingenua et
in pueriis nostris, a nobis adducti violento
iure pro domino deflent pretitas servitutes.
Sane non est impossibile neque dissimile,
consimile potencioribus facere quod quatuor minus
potentes fecerunt aut quinque. Scio quidem
eos scire nos adversus ipsos accinctos, et
ideo nulla sibi mendicasse suffragia et
multa subsidia quesivisse ut adversus
nos potencius absistant, et si contra nos minus
liceat tueantur. Quare michi videtur acceptum
si hec vobis cedat ad gratum ut aliquam
ab hoc portu salubriter dissolutis anchoris
discedamus apud delphos Insulam, ad deum
Apollinem speciales devotos nostros nuncios
dirigamus, recepturos a deo ipso et ab aliis
diis nostris certa responsa quid nos decetero
facere deceat et liceat de hiis que sumus eis
facientibus aggressuri. Et sic Agamenon
Rex sermoni suo finem fecit. Hiis dictis
Universi itaque predicti reges duces et princi-
pes. Agamenonis regis audito collo-
quio laudavit illud, et sic esse faciendum
ut ipse decrevit unanimiter omnes probant.
Quare super execucione negocii omnes
in unam vocis concordiam. Achillem eligunt.

Allegunt Achilles et patroculus in ambaxatoribus.

et Patroculum ut ipsi pro tantis cum bono quod
se ipsos et alios contra principaliter omnes
tangit apud delphos Insulam se offerunt.
Responsum a deo apolline habituri petitu-
ros. Nec mora predictus Achilles et Pa-
troculus pro predictis fideliter exequendis.
secuto remige portum intrant et dys
fauentibus cursu celerrimo felicis nauiga-
cionis potiti. Insulam delphos salubriter
peruenerunt. Erat autem predicta Insula delphos
mari undique circumfusa que pro certo cre-
ditur quod fuit Insula delos que septem
forte medio fuit adiuncta que Insula
in medio Insularum Cicladum sita est in mari
scilicet Elespontico constituta. Quare de predictis
Insulis Cicladum principalis est una.
In hac enim Insula ut narrat Ysidorus.
latona enixa est Apollinem et dyanam et
ideo in eo hedificato templo mirabilem
miro[rum] congeriem celebratur Appollo Et
dicta est delos pro eo quod sedato diluuio
ante omnes terras in dys solis primum illu-
minata est et luna uisa dicitur enim delos quod
manifestacio nam delon quod greece mani-
festum latine dicitur Et quod ab hac Insula
primo uisi sol et luna fuerunt. Ideo gentiles
dicere noluerunt hanc Insulam fuisse pa-
triam solis et lune et ideo eos in eo fuisse
natos cum apollo dicatur sol et dyana dicatur

Nota de gentilibus.

scilicet Insula

Appollo dicatur sol et dyana dicatur luna.

Nota de coturnicibus

luna. Ipsa enim dicta est et ortigia eo quod ibi pri-
mum nate sunt coturnices quas greci ortigi-
as uocant. Hunc gentiles Apollinem deum
esse dixerunt. cum esse solem ipsumque dicunt quod
humum excitauit. qui aduersus Iouem non
fecit eundemque plebum quod ephebum hoc est
adolescentem eo quod sol cotidie oritur. Item
eundem Apollinem phicium uocauerunt a phy-
tona serpente ab eo interfecto unde phito-
nice dicte sunt quedam mulieres scientes pre-
dicere de futuris ut idem apollo petentibus
predicebat. De phitonissa quadam scriptum
in ueteri testamento in primo libro regum que fecit
excitare dudum mortuum Samuelem
ad peticionem regis Saul. In hoc igitur templo
erat maxima ymago tota ex auro composita
in honore predicti dei Apollinis que licet
fuisset ex auro composita et in uirtute fuisset
surda et muta tamen secundum gentilium
errores colentes ydolatriam que principaliter
apud ipsos inualuit. cum omisissent uerum
cultum ueri dei qui in sapiencia idem in filio dei
domino nostro Ihesu Christo ex nichilo creauit adhese-
runt dys surdis et mutis qui pro certo homines
mortales fuerunt credentes et putantes esse
deos quorum potencia nulla erat. Sed Responsa que
dabantur ab eis non ipsi sed qui ingrediebantur
in eorum ymagines et spiritus inmundi pro certo erant.
dabant ut per eorum Responsa homines in peticionibus eorum

ceratinib; consuaverit. Qualiter autem ydolatria
crevit quomodo in quibus habitum et qualiter
per spiritus in mundos responsa dabant, cum
sit locus prolixus, hic compendiose descri
bere et qualiter per eam ydolatrie finis
fuit circa prologum: adventum domini nostri
Jhesu Christi ubique terrarum ydolatria cessave
rit et suo penitus evanuerit exhausto
rigore. Certum enim est in scripturis ec
clesiasticis secundum sancti Evangelii veritatem
in quo lux sinceritatis assistit. quod
cum Herodes Rex illusus esset a magis
et ideo quereret perdere puerum, videlicet dominum
nostrum Jhesum Christum salvatorem mundi. An
gelus apparuit in sompnis Joseph ut
educeret matrem et filium in Egyptum quo
perveniente puero cum matre omnia ydo
la egypti simul corruerunt. nec inven
tum est ydolum in omni egypto quod non
esset minutatim abscisum iuxta illud
Ysaie ascendit dominus super nubem levem et ingredie
tur Egyptum et movebuntur simulacra
Egypti ad demonstrandum quod per adventum
domini nostri Jhesu Christi salvatoris omnis ydola
tria funditus everti et cessare deberet
Unde Judei dicunt quod Ismael primo si
mulacrum luto finxit. Gentiles autem pri
mum prometheum simulacrum de luto fecisse
dogmatizaverunt atque ab eo ars simu

lacra et statuas fingendi processit. Dicit
autem gentiles quod semper sine lege fuerunt
et ideo semper fuerunt ut gentiles fuisse per
hibentur ydolis principaliter faventes. Ydo
latrie non principium a Belo Assiriorum rege
primo dicitur processisse. cum iste Belus Rex
fuit pater Nini Regis qui morte pre
occupatus per Ninum filium eius preciose
traditus est sepulture magne memorie
Ninus filius eius mirabile simulacrum
quasi simile patri suo confingit manda
vit excavo ut in consolacionem suam quam me
moriam patris sui viso simulacro vi
dere fingeret patrem suum. Hoc ergo simula
crum Rex Ninus coluit tamquam deum
et coli mandavit Assiriis qui in celum esse dei
ficatum omnibus Assiriis tradidit esse cre
dendum et sic non multum post modum
tempore procedente spiritus immundus in hoc
ydolum Beli Regis ingressus responsa
petentibus exhibebat. Unde apud Assirios
illud ydolum deus est Belus. Alii dixe
runt illud Bellum. Alii Beel. Alii Baalim.
Alii Belphegor. Alii Belzabub et huius
ydoli exemplo gentiles processerunt ad
ydolorum cultum fingentes homines mortuos
esse deos et pro diis adorabant eos. Unde
dixerunt primum deorum fuisse Saturnum
qui Saturnus fuit Rex Crete vocato nomine.

Nota de domino Jhesu Christo quod Herode et [illegible] angelus apparuit Joseph

gentiles [illegible]

Nota quod gentiles semper fuerunt sine lege.

Nota principium ydolatriorum quod fuit Belus Assiriorum rex.

Nota de origine deorum gentilium.

Ab illo planeta qui dicitur Saturnus quo
mortuo deum eum esse dixerunt non habentem
patrem neque matrem. Ideo fabulose dictum
est quod ipse perdidit quod debebat a deo filius
Nota maximum mirabile et quod dicitur nam quod videtur impossibile
nasci de quo erat gravida ei uxor. qui
debebat eum a suo regno eicere et regere in
habitu seculare. Unde precepit uxori sue
ut filium quem ipsa pareret daret ei ad de-
vorandum. Quo filio edito mater occultans
illum dedit patri quedam lapillum dicens
se illum et nichil aliud peperisse quem pater
illico deglutivit et quo dicitur tres filios
genuisse et unam filiam. Jovem scilicet Nep-
tunum et plutonem et Junonem filiam. Hos
Nota hic mirabiliter de planetis et per ordinem.
omnes gentiles deos esse dixerunt. Unde Jupiter
seu Jovis adeptus est nomen planete Jovis
et illum gentiles coluerunt pro nomine summi dei
Deinde martem suum deum belli esse prohibue-
runt. Deinde solem quem appollinem vocave-
runt qui in precipua ut dictum est delos insu-
la principaliter colebatur. Deinde venerem a
veneris planeta nuncupatam. Deinde mer-
curium ab ipso planeta mercurium quem
ipsum Jovis filium asserere voluerunt. De-
inde lunam que et dyana dicta est ut est
relatum latone filiam. Sicque diversas
Veniunt planete etc. secundum diversas mundi provincias
hominum nationes gentiles diversa ydola co-
luerunt. Unde apud egyptum esim. Apud
etiam Jovem. Apud mauros Jubaym.

Apud latinos faunum. Apud romanos
quirinum. Apud athenas minervam. Apud
pamos venerem. Apud latinos vulcanum. Apud
naxos Bathiam. Apud delos seu delphos
appollinem ut dictum est. Constituerunt etiam
sibi multa aliorum ydolorum nomina quos prout unus
quisque suos gerebat effectus. Sed iam constat secundum
sacras sanctorum ecclesie traditiones quod deus primum creato
mundi in empireo celo creavit angelos quod
ille angelus qui angelus omnibus aliis angelis
fuit prelatus de quo propheta dixit: cedri non
fuerunt altiores illo in paradyso, abietes non
adequaverunt summitatem eius, platani non
fuerunt equales frondibus illius, omne li-
gnum paradysi non est assimilatum pulcritudi-
Nota de angelo a quo post superbia nomen lucifer
ni eius. Ideo speciosum fecit eum deus et
fecit multorum legionibus angelorum. Hic clarus
superbie pondere cum dixit ponam sedem meam
ab aquilone et ero similis altissimo sta-
tim ab eterna beatitudine cecidit cum le-
gionibus suis et dyabolus et dyaboli facti
sunt. Unde dyabolus id est deorsum fluens de-
hoc dictum est. Quomodo cecidisti stella matutina
de medio lapidum ignitorum et cecidit lu-
cifer qui in paradiso deliciarum nutritus est
et vulneratus a morte ad inferiora descen-
dit. Unde et Christus in evangelio sancto suo videbam
inquid Sathanam quasi fulgur de ce-
lo cadentem. Hic fuit ille leviathan de

quo dicitur. Job novi testamenti leviathan complexi-
s. Et quia plenius eius materia non est nota ideo
sub compendio de eo dicere decrevimus in hoc lo-
co. Scripsit enim ysodorus ethymologiarum
quod hebrei ebrea voce vocant illum. Behemoth
quod latina lingua sonat. al' brutum est enim
spiritus malus immunditie et spurcitie plenus
sonat et ideo deus ab ipso principio creati-
onis eius convertit ipsum in al' brutum
idest in serpentem tortuosum et cum sit in-
mense magnitudinis dictus est draco. De hoc
scripsit david hoc mare magnum et spacio-
sum etc. Deinde subiunxit draco iste
quem formasti ad illudendum eum. et enim
dictus est leviatham secundum ysodorum serpens
de aquis unde legitur in mapographya beati
brandani dum navigaret per oceanum.
idem sanctus vidisse eum mire longitudinis
et spaciositatis in profundum oceani deiectum
qui inclusus in eo usque in die iudicii iussu
dei. Ideo enim dicitur tortuosus et esse in hoc
mari quia in huiusmodi seculi viuare dyabolus
notubili versatur astucia ad decipiendum
animas miserorum. Hic est ille leviatham
qui factus serpens a sue deiectionis principio
invidens glorie primorum parentum nostrorum ausus est
voluntatis paradisum intrare et ereptus
gradiens sic homo primos parentes
nostros cecis temptationibus in eo prevaricationis

afficeret ut facti mandati dei intrepidi trans-
gressores dei meruerunt ab ipsius gloria pa-
radisi. sic ille decia meruit a celesti gloria culpa
sua. Licet illud quod legitur in principio gene-
sis secundum moysen traditionem tibi dicatur.
Sed serpens erat callidior omnibus animalibus que
fecerat deus qui dixit ad mulierem cur
precepit nobis deus etc. Secundum tamen traditionem
sacrarum scripturarum catholice universalis ecclesie
traditum est ut scripsit beda quod dyabolus
elegit tunc quendam serpentem de quodam
genere serpentem virgineum vultum habens et
movit ad loquendum linguam eius quid lo-
queretur nescientis. sicut adhuc coti-
die loquitur dyabolus per phanaticos
et energuminos idest per homines quorum corpora
ab ipsis demonibus sunt obsessa ut de hoc
scriptum in libro ystoriarum scolasticarum iuxta
principium ubi prosequitur actor ystoriarum et
exponit totum librum genesis. Unde quicquid
nobis catholicis per has sacras scripturas
notum est. certum est quod ille leviatham.
id est dyabolorum princeps a culmine celesti de-
iectus vel per se ipsum corporaliter factus serpens
vel per serpentem aliquem ingressus in ipsum callidis
temptationibus suis primos parentes nostros
et successores eorum perpetua deiecerit in ruynam.
Et hec de ydolatria et de noticia leviathan
dixisse sufficiant. Nunc autem ad prosequendum.

nũc intencionis ppositum stilluz nrm ad
racionẽ pmis ystorie cõtinuimꝰ. Per de
moniũ igr magistrum in ydola surda et muta
exhaebant̃ a deis petita rñsa q te gentil
litas excolebat. Vn̄ dauid. qm̃ omẽs
dij gencium demonia. dñs aut̃ celos fe
cit. Et p hãc dyabolicã decepcõis astu
ciam deus apollo rñsa sua in dea insu
la delos petentib; exhibebat. Ad quã
postq̃. Achilles et Patroclus Grecoꝝ
nũcij puenerũt de intrando templũ appol
linis congrua hora captata cũ cõsilio
sacerdotum in ipo templo seruiencium
ipi deo qui colebat̃ i ipo templũ ipm
deuoto corde humilit̃ intrauerũt cõ fris
eoꝝ oblacõib; i meliorum donoꝝ p digna
qntitate petentib; a deo de grecoꝝ nego
cijs hr̃e responsũz sic eis p dcis appol
lo summissa voce respondit. Achilles.
Achilles reuertere ad grecos tuos a qbus
missus es et dic eis pcerto futuꝝ sa
lubrit̃ ad troyam ituros ibiq; p lia
multa comittẽ sz insfabilit̃ erũt decio
anno victores Troyanã urbẽ dabũt
funditꝰ in ruynã. Regem priamũz
eius cõsortem eius q filios morti tra
dent. et omẽs maiores eoꝝ. Illos tñ
nunc pmittendo quos elegerit ipoꝝ gr
eoꝝ sola voluntas. Quo ab Achille p

calcas

pnosticacio

Pnosticacio Appol linis.

cepto et suo exinde valde leto. Adhuc eo
i ipo templo morante mirabilis casus e
mersit nam qdaz Troyanus noie an
stes calcas testoris filius multa pitus
scia demandato priami regis ut pre
eius nũcius templum ipm intrauit. ut
a deo Appolline simili responsũz extorq̃
qd de bello grecoꝝ Troyanis eẽt euen
turum qui post oblacões a deo factis sim
modo ipi deo deus ille respondit. Calcas
calcas caueas ne ad tuos redire psu
mas sz statim ad grecoꝝ classem quez
nunc est in hac insula cuz Achille socia
uis accedas cũ quo grecoꝝ exercitu festi
nus ad eas numq̃ discessurus a grecis
futurus est ei grecos obtinẽ victoriaz
contra troyanos voluntate deoꝝ eris ei
cõtra valde necessarius grecis ipis in tuis cõsi
lijs cõ doctrina donec ipi p dcam victoriã
pciant̃. Calcas hoc dũ salutando cog
scit cp ille erat Achilles qui erat i templo
cõfestim ad ipm accellerat. et cõuenien
bus ipis i unũ sese i amicicie fedus ac
cipiunt patefacta inter se de p dcis omibus
veritate. Quare idem Achilles pdcm
calcas assumptum multis comoditatib;
honorare leta fronte curauit. Dieq;
anchoris extractis a mari et eis cũ
eoꝝ nauib; i pelagus se i missis eo

Dictar troian

Aumes

limes salubriter peruenerunt. Athenas de
scendentibus eis igitur cunctis ipsis Achilles
predictum Calcas antistitem. Agamenonis
Regi et alijs Regibus grecorum ducibus et prin
cipibus presentauit. et ab Achille narrato
responso deorum defuturum eorum uictoria contra
Troyanos et qualiter idem Calcas nuncia
us Regis priami in oraculum responsum
obtinuit. et de mandato sibi facto ut
ad troyanos non iret et cum grecis du
rante presentium turbine moraretur. Vniuersi
greci facti sunt yllares et cum multo gaudio
celebrant diem festum predictum Calcas anti
stitem in eorum fidelem accipiunt et recipi
unt in sinceritatis amore promittentes
ei in omnibus placide prosequi uota sua et
sic illius dei festo est feliciter finis.

Liber xi de Grecorum exercitu recedente
ab Athenis.

Greci responsis receptis a dijs iam
exoluerant dies festos cum sequen
ti die post predicta festa deposita. Calcas
[p dictor / t roian] ille troyanus antistes in comitiua
Achillis et patrocli ad tentorium
Agamenonis Regis se contulit mane
facto ubi iam multi Reges grecorum duces
et principes ante conuenerant. qui coram
Rege Agamenone residebant quibus per
Achillem patroclum et Calcam salu
tis oraculo resoluto ac eis aberis debi

te relacionis obtento responso se inter alios
commodis sessionibus collocarunt et statim
ab eodem Calca impetrato silencio in cunctis audien
cia predictorum dixit hec uerba. O nobilissimi
Reges duces et principes qui in presenti congrega
cionis ordine uicti estis non ne fuit uestra
principalis intencio contra Troyanos publi
cos hostes uestros arma capescere qui sub
tanto facinore aberis commisso contra se
uestre ultum potencias non ne creditis aut
putatis Regem priamum inter uos explo
ratores suos habere furtiue qui per eorum bi
canos singula uestra desidia mittunt. Nihil
nichil aliud ita utile putetis pagere quam
ei competencia indulgere spacia libertatis
ut per eum quesita presidia cumulet et sibi
cotidie multa subsidia coaceruet cum tam
temporis sint iam exacta curricula quod ip
tenti manu debuerant iam inuadere Regnum
eius non ne presentis estatis plures iam
euoluti sunt menses in quibus nauigacionis
tempus nobis se dedit acceptum cum omnio placi
ta sint maria que nauigare uolentibus
blandiuntur et dulci sibilo zephiri aspirantes
tes pequoreas planicies nauigare uo
lentes in dulcedine aeris et serenitatis
inuitant. Cur in estatis estu uestra non estuat
animus per maria dissilere ut dulci nauiga
cionis aura ponti felici remige uestrorum hostium
peruenitis ad horas ut eorum aures fama